UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 3. Breßia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Visual Library

Bailliage de Pontarlier.	Rupes Ioannis: *Roche-Iean*, à conditore nomen habet.
CONVENTVS POLIGNIENSIS, *Bailliage de Poligny.*	POLIGNIVM: *Poligny*, lepidum cognominatum, nunc deformatum incendiis. Caſtrum Caroli: *Chaſtel-Châlons*, à Carolo Magno conditum perhibetur. Balma-virorum: *Baulme les Moines*, ad diſcrimen ſuperioris.
CONVENTVS ARBOSIENSIS *Bailliage d'Arbois.*	ARBOSIVM, vel quibuſdã Arboroſa Marcellini: *Arbois*, cuius vina laudantur in multos annos ſeruata, ad Fl. Lauſtinam *Lauſtine*.
CONVENTVS ORGELETANVS *Bailliage d'Orgelet.*	ORGELETVM: *Orgelet*, cum caſtro mercibus diues. Sanclaudius: *S. Claude*, vbi corpus S. Claudij integrum aſſeruari dicitur. Sanſorlinum: *S. Sorlin*, ad Fl. *Dain*. Claraualłis: *Cleruaux*, vrbs non illepida.
TERRITORIVM NOSERETHENSE *Territoire de Noſereth.*	NVCILLVM, ſeu Noſerethum: *Noſereth*, ſui iuris, nec ad ſuperiores Præfecturas pertinens, ad initia Fluminis *le Dain*. Caſtrum eius Plumbeum dicitur *le Plomb*, quia plumbo obtectum. Calx: *la Chaux*, arx munitiſſima in agro Noſſerethenſi.

§. 3. *Breſſia.*

ERAT illa ante aliquot annos Sabaudici iuris; ſed Henrico Magno repetente Marchionatum Saluſſiarum qui Francici iuris erat, conuentum eſt inter duos Principes, vt Marchionatus ille trans Alpes Sabaudo relinqueretur, dummodo Breſſiam & adiacentes regiunculas in Francicam ditionem nimis excurrentes cederet; quod factum eſt magno Rei Sabaudicæ damno vt ipſi queruntur, ſéque id feciſſe aiunt Caſtoris exemplo, qui partem mauult quàm totum perdere. Vno igitur nomine ditionem hanc Sabaudicam Breſſiam appellamus, cui adnectimus Principatum Dombenſem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Montpenſeriorum dominium, ei inſertum, neque in Tabulis Geographicis facilè reuellendum.

BRESSIA VERA *la Breſſe.*

- **Svperior** *la Haute Breſſe.*
  - Bvrgvs: *Bourg en Breſſe*, quibuſdam ſciolis Forum Sebuſianorum quod vulgò exploditur. Vrbs hæc ſita ad Fl. Reſſuſium *Reſſouze*. Ei adiacet Abbatia *Brou*, vbi ſepulchra Principum Sabaudorum.
  - Loïa: *Loye*.
  - Villarcium: *Villars*, Marchionatus.
  - Calamonium: *Chalamon*, ad lacum Monpenſeriorum ditio.
  - Monlupellium: *Montluet*, ad lacum.
- **Inferior** *la Baſſe Breſſe.*
  - Pons Velivs: *Pont de Veſle*, ad Fl. cognominem.
  - Baugeium: *Baugei*, Marchionatus.
  - Fanum S. Iuliani: *S. Iulien*, ad Fl. Reſſuſium.
  - Montelierium: *Montellier*, Comitatus.

BEVGESIA *le Beugey.*

- **Bevgesia vera** *le Bugey.*
  - Bellicvm: *Bellay*, quò tranſlata fuit ſedes Epiſcop. ex vrbe Neuiduno *Nion*.
  - Seſellium ad Rhodanũ vrbecula: *Seiſel*.
  - Fanum S. Ramberti: *S. Rambert*.
  - Sanſorlinius: *S. Sorlin*, Marchionatus Nemurſiæ familiæ.
- **Verromæi** *Val Romey.*
  - Castrvm Novvm: *Chaſteau-Neuf*, Baronia.
- **Gesia** *Baill. de Gex.*
  - Gesivm: *Gex*, ad radices Iuraſſi Montis.
  - Verſius pagus: *Verſois*, aliter Verſouia.

DOMBENSIS PRINCIPATVS ſeu Dumbarum, *la Principauté de Dombes.*

- Trevoltivm: *Treuolz*, caput huius Principatus, ad quam Fl. Azergus *Azergues*, Arari iungitur ex ſiniſtrâ, Fromantius Fl. *Froment* à dextrâ.
- Thogiſſium: *Thoyſſy*, ad confluentias Charallarinæ in Ararim.
- Villa Noua: *Ville Neufue*, in Nemoroſo tractu.
- Calloſcopium, ſeu Bellouiſum: *Beauregard*, locus munitus ad Ararim.